

3147

C O D I C E S

3148

DCCCCV.

- 411 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 39. 4. luculente scriptus, et literis initiorum pulchre delineatis atque depictis, *precatorius* est, fuitque olim in usu cujusdam Principis *Austriaci*, ut liquet ex *Orat. fol. 30. p. 2. Quo-so omnipotens deus ut ego famulus tuus, qui de tua miseratione suscepi principatus gubernacula &c.* Praeit *Kalendarium* ecclesiastico-astronomicum, in quo miniati SS. *Blasius, Urbanus, Vitus et Modestus, Vdalricus, Margaretha, Augustinus, Egidius, Rudpertus, Virgilius, et Nicolaus.* Sequuntur: Hymnus *Veni creator spiritus &c.* VII. *Psalmi* dicti *Poenitentiales, Litaniae* OO. SS. in quibus comparet *Sanctus Vriel*, cum variis *Orationibus* subnexis, in quarum una, cum precandum esset et pro iis: *qui michi bona atque mala fecerunt*, manus alia *ro atque mala* non satis ad *Evangelium* inducto nigrore delevit. Finem faciunt *Vespere mortuorum.* Codex advectus ex *Arce Ambrosiana* Possessorem aliquem e *Tyroleos* Principibus designare videtur.

DCCCCVI.

- 951 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 214. 4. bene scriptus, et non solum literis initiorum, marginibusque foliorum compluribus deauratis et speciose picturatis, sed multis etiam Iconibus, interque eas grandibus VIII. penicillo elegantissimo elab-

boratis insignis, varia Pietatis *Exercitia* complectitur praevio *Calendario*, quod praeter consuetam Emblemata Signorum Coelestium et τῶν Ἐγγύων nihil peculiare subpeditat, cuique improba manu *December* exsectus est. Sunt vero illa: Depromptum e singulis Evangelistis Evangelium, Passio Domini secundum *Johannem*, Horae *B. Mariae Virg. de S. Cruce*, et *S. Spiritu unitae*, *Psalmi Poenitentiales*, Officium pro Defunctis, cui praefixa *Lazari* suscitatio, Mortisque Symbola plane commendari merentur, et deinceps *Preces* variae ad Deum, diversosque Coelites, rubricis passim gallica lingua praecedentibus, unde *Codicem* in usum *Aulae Burgundicae* scriptum conficitur, accedente in *Theca holofericea viridi Scuto Burgundico Belgico* argenteo *Caroli Aud.* aut *Mariae* filiae, ut etiam in eorum *Monetis* videtur.

DCCCCVII.

- Codex membranaceus lat. Sec. 462 XV. Folior. nunc 28. 4. caractere missali scriptus, rubricis distinctus, picturisque 7. SS. *Victorem, Quirinum, Gereonem, Christophorum, Eucherium, Gregorium* quendam *Principem Mauro-rum, Valentinianumque*, ut fert subscriptio, *Imperatorem Romanorum* et *Regem Vngarorum* referentibus conspicuus, praemisso *Calendario Preces* ad Deum, variosque Coelites, *Psalms* dictos de *Poenitentia, Litaniasque* OO. SS.